



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Nucleus Practici Tractatus, De Legibus**

**Marchius, Ewald**

**Coloniæ Agrippinæ, 1660 [erschienen] 1661**

§. 10. Demonstrat Dei præsentiam ubique.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42256**

36      *Nucleus mysticus Legis,*

a Ad Mortem properas, quoties vestigia figis,  
b Iudiciumque Dei, citius tua vita subibit,  
Horarum quævis, quam per momenta, re-  
quiret:

Omnibus exspectat, nos Mors, horisque lo-  
cisque,

Omnibus, intento jaculo, minitatur & arcu;

c Omnibus ergo locis, Mortem noctuque  
diuque

d Exspecta, vigila, cunctasque paratus in ho-  
ras.

Solvere, quod debes, Morti, Mortisque supre-  
mus

Quam poscit Dominus, rationem reddere  
vitæ;

Hęc, bene si mandes animo, peccata cavebis  
Plurima quæ faciunt, quibus est oblivio  
*Mortis.*

§. 10.

Demonstrat Dei presentiam ubique  
Oculi Domini, multo plus lucidiores sunt  
super solem, circumspicientes omnes vias  
Hominum, & profundum abyssi, & homi-  
num corda intuentes, in absconditas pat-  
tes. Eccle 23. v. 28.

O Mni ex parte Deus, cunctorum respicit  
actus,  
a 2. Reg. 14. b Habr. 9. c Matth. 25.  
d Luca 11. Matth. 24.

- a Veltenebris tectos, vel claro lumine factos,
- b In vita patiens, post mortem Iustus in omnes,
- c Non parcens sceptro, Titulis, seu Fascibus ullis,  
Sit Princeps, Pauper, Rex, Magnus sive pusillus,
- d Omnibus est æquus, magis est sed durus in illos.
- Qui genio indulgent, & amant mala gaudia mundi,
- e Ac dapibus, dulcique mero sua corpora palcant,
- f Percutiunt citharam, gaudent modulamine cantus,  
Tripudiant, ludunt, & cuncta libidine complent,
- In lucem, tenebras vertunt, convivia lauta  
Instituunt, semperque viget, quæsita voluntas.
- Hanc animo laudant, votis & mente reposunt,
- Numinis oblitii, faciunt extrema malorum:
- g Sed quis finis erit? Nunquid conclusio Cœlum?  
B. 7 Tem.
- a Psal. 93. b Rom. 2. Isa. 65. c Exo. 34.  
Psalm. 10. d Roman. 2. i. Apoc. 18. e Sap. 2.  
f Job. 21. g Eccle. 21.

Temporis extremi, dabit hoc luctamen ag-  
nis :

a Nemo Deum fallet, nemo precio aut prece  
flectet

A vero justoque, loco nam respicit omni,  
b Pravos atque Probos Dominus, qui cuncta  
creavit

Cuncta notat, cunctos sapiēti lege gubernat.

c Væ, qui dixerunt, nunquam Deus ista vide-  
bit;

O stulti in populo, sapite, & cognoscite tan-  
dem,

Qui dedit Evigenis visum, plantavit & au-  
rem,

d Visu non cernet? Non audiet aure loquen-  
tem?

Corripiens gentes? Hominem faciensque  
scientem?

Non contradicet? Non arguet impiè agen-  
tem?

e Nec sensus animi, Dominus cognoscet  
inanis?

Erratis cœci! nam lux altissima Cœli,  
f Occultum nihil esse sinit, latebrasque per o-  
mnes

Intrat, & abstrusos explorat mente recessus.

§. 10.  
a Galat. 6. b Eccle. 23. c Psal 93. d Ibid. e Ps.  
95. f Eccle. 23.